EXERCITATIO
DE
COELO EMPYREO,
QUAM,
DEO OPT. MAX. AUSPICE,
VERITATIS INDAGANDÆ GRATIA,
IN ATHENÆO GEDANENSI
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT
PRÆSES.
PAULUS PATER,
MATHEMAT. PROF.
ET RESPONDENS
JOHANNES HENR. Schneider/
LUBECENSIS, AUTOR.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

AD DIEM XXI JANUAR. ANNO MDCCXII.
H. L. Q. C.

GEDANI, ex Officina PRÆSIDIS.

by Google

VIRIS
PERMAGNIFICIS, MAGNIFICIS, GENEROSIS, MAXIMEQVE STRENUIS,
DN. FRIDERICO Gottlieb Engelcke/
Inclytæ Reip. Gedanenſ. PRÆCONSULI, *h. t.* VICE-PRÆSIDI,
Rerumque Bellicarum PRÆSIDI, *Nehringæ, Scharpavieque* ADMINISTRATORI,
DN. GABRIELI a BOEMELN,
Ej. Reip. PRÆCONSULI, *& Cherſoneſi Helenſis* ADMINISTRATORI,
DN. FRIDERICO FABRICIO,
DN. JOHANNI GEORGIO de HORN,
DN. JOHANNI GODOF. a Dieſſeldorff/
CONSULIBUS:
Ut &
NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMIS:
DN. GODOFREDO BENTZMANNO,
Dicaſterii primariæ Civitatis SENIORI *meritiſſimo*,
DN. GEORGIO FRID. SCHRADERO,
Nobiliſſimi ejusd. Dicaſterii ASSESSORI *graviſſimo.*
Nec non:
EXCELLENTISSIMO, *atque* EXPERIENTISSIMO,
DN. GABRIELI Böſefleiſch/
Med. DOCTORI, *&* PRACTICO *celeberrimo.*
Denique Plurimum Reverendis, ac Doctiſſimis:
DN. NATHANAEL GRISCHOVIO,
ad ædem S. Barbaræ DIACONO *vigilantiſſimo, & a Confeſſionibus ſacris mihi nunquam ſatis devenerando,*
DN. SAMVELI Krüger/
DN. JOHANNI TIMOTHEO FEREST,
Illi, ad ædem S. SALVATORIS, *huic ad ædem in Ore Viſtulæ ſitam,*
PASTORIBUS *fideliſſimis,*
DOMINIS, PATRONIS, EUERGETIS & FAUTORIBUS,
ſubmiſſo pectore devote colendis,
Hoc quicquid eſt ſpeciminis dicatum offert RESPOND.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

INter ſcientias Mathematicas, doctrina DE COELO *ejusque principiis, qua externis, qua internis, nobiliſſima licet ſit, adeo tamen abſtruſa & difficilis eſt, ut varias homines comminiſci neceſſum habuerint hypotheſes, ſeu entia, quæ vocant potentialia. Non quaſi licitum foret affingere aliquid Cælo, quod ipſi a* DEO *& natura non foret tributum, ſed ut apparentias cæleſtes, & quæ videntur inæqualitates, eo modo excuſari, & de variis phænomenis ratio reddi poſſet. Cum enim humanæ rationis aciem ſuperare in multis cæleſtium orbium curſus videretur, ad erudita ejusmodi inventa omnino recurrendum fuit. Hinc lineæ Eclipticæ, orbes Eccentrici, ſigniferi circuli, Æquatores, & quæ alia. Decretum divino Numini erat Solem & Lunam præ aliis ſtellis omnibus lucere: voluit ut eſſent nobis in dies, & annos, & menſes, atque inde tam luculenta & ſplendida luce has faces accendit, easque tam certo curſu juſſit circumrotari, ut nos ex motu eorum, tempus, numerum, & diſcrimina dierum, menſium & anni partium obſervaremus; ſed quanti moliminis res fuerit, cauſas harum revolutionum determinare, atque inveſtigatam ex motibus cælicis anni menſuram, ad intervalla temporum applicare, non eſt hujus loci prolixius recenſere. Veriſimile quidem,* DEVM *immortalem expeditam magis circa res cæleſtes viam Adamo, Moſi & aliis ſibi conjunctiſſimis communicaſſe: credo etiam homines longevos ex diuturniori cæli obſervatione, in prima mundi ætate, facile carere his adminiculis potuiſſe; at noſtro ævo, capere aſtrorum doctrinam recte nemo, nemo tradere abſque artificum inventis recte poſſe, merito cenſetur. Ejusmodi igitur hypotheſes & curioſa hominum inventa, quæ menſuram temporum patefaciunt, ut nemo ſanus aſpernatur; ita longius a propoſito fine abeunt, qui præter neceſſitatem neſcio quo evagati, talia ſibi fingunt, quorum nec vola, nec veſtigium in hac rerum univerſitate extat. Horum e numero cum* COELVM EMPYREVM *quoque credatur, placet jam argumenta ex Philoſophorum pariter & Theologorum ſcholis, in quibus robur aliquod ineſſe videtur, in medium adducere. Divinum Numen gratia ſua nos præveniat & ſubſequatur!*

CAPUT I.

Summarium.

Cœli Empyrei controverſia unde originem traxerit: Varia ejudem appellatio: An in rerum natura exiſtat? Dari ex ſacris literis probari nequit: Inter opera creationis referri non poteſt: Ex Pauli raptu in tertium cœlum nihil ſtabilitur: Nec per Civitatem beatorum ex Ebr. XI, 10. quicquam probatur: Obiectionibus Scholaſticorum ſatiſfit.

§ I. De Gentilibus conſtat, quod campos Elyſios, Inſulasque fortunatas, in vita renovata, ſua ſibi imaginatione finxerint: ſimiliter & Judæi una cum Muhamedanis de terreſtri Paradiſo mira fabulantur, & neſcio quas epulas, ſedilia, choreas, voluptatesque alias in Cœlo ſomniant, quas prolixe recenſent *Buxtorfius* (1) *Johannes Forbeſius* (2) *Gerhardus* (3) & alii. Horum ſuperſtitionem amplectentes *Scholaſtici* de glorioſo Beatorum cœlo, quod *Empyreum* vocant, ejusque ſitu, locatione, potentia & qualitatibus mirifica narrant, & meras carnales ſpeculationes de eo fovent, quas longa ſerie ex *Beda*, *Bonaventura*, *Bruleſo*, *Gabriele*, *Alexandro*, multisque aliis, *Altenſtegius* (4) exhibet.

§ II. Variis autem Cœlum hoc nominibus appellatur: Græci *auream* viſibilis Mundi *ſuperficiem* vocant, & quaſi *Cranium* Sphæræ aplanis. (5) Alii *Archetypum Mundum* appellarunt, verſanturque in ea opinione, extra Cœlorum & mobilium omnium ambitum eſſe, fixum perpetuo & igneum, ſolo intellectu, non vero his noſtris ſenſibus perceptibile. Atque eum in modum & antiquioribus cognitum, & a Zacharia vate viſum fuiſſe contendunt. Sunt qui illud *Cœlo* Ezechielis *Saphirino* & *aureo Candelabrorum* Apocalypſeos *myſterio* aſſimilant, de quo ita Mirandulanus: *Cœlum hoc non ſolum a Strabo & Beda tale creditum, ſed & ab Hebræis Abrahamo Hiſpano, & Iſaaco Philoſopho, qui*

(1) *in Synag. Jud. cap.* 36. *p.* 511. (2) *Inſtruct. hiſtor. theol. lib. II. cap.* 11. *p.* 16. *ſeqq.* (3) *Loc. Com. Tom. IX. de vita æterna* § 156 *ſeqq.* (4) *in Lexico Theol. p.* 128 *ſeqq.* (5) Joh. Ferrarius *cap.* 1. *de vita cæleſti*.

Digitized by Google

qui Cœlum Ezechielis Saphirinum a luce thronum perlucente, *pro decima ſphæra agnovit*, *nec non ex Zachariæ viſione judicavit: aureum candelabrum ſeptem lucernis diſtinctum*, *ſeptem Planetas denotare*, *& lampadem ſuper caput ejus*, *ſphæram ſtellarum fixarum*; *duas autem olivas ſphæram nonam & decimam*, *propterea quod ex olivis perpetuo oleum ad luminis nutrimentum defluat.* (6)

§ III. Cum autem non ſufficiat aſſerere, niſi rei ipſius probatio etiam adfuerit, Scholaſticorum jam erit, ſcholaſtica etiam lege oſtendere, an in rerum natura exiſtat, & ubinam locorum occurrat *Cœlum* hoc *Empyreum.* Probanda vero aſſertio hæc vel ex *humana ratione*, vel *divinis teſtimoniis:* nam quæ ex *peculiari revelatione* hic adducuntur argumenta, ejusdem cum iis eſſe commatis putamus; quæ in Rabbinorum *Gemara* leguntur, (7) nimirum: *ubi prima die ſomnolenti eſſent cœli*, *ſecunda mox die acclamaſſe eos DEUM*, *mox expergefacti ſe confortarunt*, *& ab increpatione*, *cum antea eſſent fluide expanſi*, *repente ſunt concreti*, *inſtar hominis*, *cui ubi terror incutitur*, *obſtupeſcit & repente ſe proripit*, *aut conſiſtit.*

§ IV. Jam videamus quid roboris habeant argumenta, quæ ex ſacris literis deſumuntur. Palmare a primæva creatione petunt, ubi dicitur *DEUM creaſſe Cœlum & terram.* In his ergo verbis nativam & propriam ſedem controverſiæ quærunt, ac neſcio quam *Cœli Empyrei* efformationem ſomniant; potiſſimum vero inde, quod Cœlum ſecundo die creatum, dicatur in medio aquarum *ſub* & *ſupra* cœleſtium conſtitutum fuiſſe. Patrocinantur huic quoque ſententiæ *Lud. Crocius* (8) *Coccejus* (9) *Hornbeckius.* (10) Sed reſpondemus, non differri cœlum primi a cœlo ſecundi diei qua *ſubſtantiam*, ſed qua *ſtatum diſtinctiorem*, & *formam externam* magis completam perpolitamque; ita, ut utrumque Cœlum idem ſit qua ſubſtantiam, licet non idem ſit qua ſtatum. Porro ex ipſo divino Scriptore liquet, quale Cœlum

 hic

(6) Joh. Picus *in Heptaplo.* (7) *teſte* Joh Sauberto *Comm. Rabb. ſect. I. p.* 5. (8) *in Syntagm. Theol. lib. III, cap.* 26. (9) *Syntagm. Theol. part. I, cap.* 3. (10) *Summa Contr. lib. III, pag.* 160 *ſeq.*

Digitized by Google

hic intelligat, dum Jehovam Cœlum & terram condidiſſe ait; nimirum non Cœlum ſidereum, quod ex ipſo contextu ſerieque dicendi ſatis ſuperque patet. Adhæc, certo certius eſt, Cœlum hoc, de quo Moſes loquitur conflagraturum aliquando, ſiquidem effato ipſius Petri Apoſtoli, cœli quotquot creati ſunt, reſervantur igni. Qui ergo, quæſo, hoc Cœlum ſedes Beatorum & nova Hieruſalem, ætatem duratura, dici poteſt?

§ V. Inſtant porro pro exiſtentia hujus Cœli Aſſertores ejus *Corn. a Lapide* (11) *Petrus Martyr* (12) *Wendelinus* (13) *Mareſius* (14) *Profeſſores Leydenſes* (15) *Matth. Martinius* (16) & qui eorum autoritatem ſequuntur, atque per *tertium* Pauli Apoſtoli *Cœlum*, in quod raptus fuit, *Empyreum* hoc *Cœlum* intellectum volunt. Quam vero alienum hoc ſit a textu *II. Corinth. XII.* ℣ 2. ad oculum patet; S. Scriptura enim nullibi mentionem facit *trium Cœlorum*, ſive quod tres præciſe Cœli eſſe debeant; quemadmodum nec ipſe *Bonaventura*, magnus hujus Cœli alias propugnator, non *tres* modo, ſed *novem* demonſtare *Cœlos* nititur. (17) Sancti Patres, & Noſtrates quidam, *quinque* Cœlorum *ſpecies* dari contendunt, idque ex ſacris literis probare nituntur, nimirum 1. *aereum*, 2. *ſidereum*, 3. *majeſtaticum*, 4. *myſticum*, & 5. *Cœlum Beatorum*. (18) Iam, quo ſenſu ab Apoſtolo Paulo dicatur *tertium*, an *ratione numeri*, an *ratione perfectionis*, non liquet. Et licet contenderemus, tertium dici ratione numeri, non tamen ob id excluderetur Cœlum quartum & quintum, quandoquidem nullibi hic occurrat excluſiva. Interim tamen ratione perfectionis & dignitatis dici tertium, cum *Johanne Calvino*, & alii fatentur: *Cœlos hic non diſtinguit*, dicente, *Apoſtolus philoſophico modo, ut ſingulis Planetis ſuum aſſignet, ſed numerus ternarius κατ' ἐξοχὴν poſitus eſt pro ſummo & perfectiſſimo.* (19.) Memoranda quoque

(11) *Comment. ad cap. IV, Epheſ. num.* 226. *ſeq.* (12) *in Dialogo de loco Corporis Chriſti.* (13) *Exercit. Theol.* 67. (14) *in Syſtem. Theolog. Diſput.* 5. *theſi* 19. (15) *in Synopſi Theol. Diſput.* 28. *theſi* 12 *ſeqq.* (16) *lib.* 2. *de perſona Chriſti.* (17) *lib. II. ſent. diſt.* 2. (18) B. Meiſnerus *Philoſoph. ſobr. part. I. p.* 432. (19) *Comment. in II. Corinth. cap. XII. v.* 2.

Digitized by Google

quoque ſunt, quæ de eodem Cœlo & tota viſione Apoſtoli apud S. *Auguſtinum* leguntur, hunc in modum: *Cum & ipſum tertium Cœlum quid ſit, non liquido appareat, utrum in rebus corporalibus, an forte in ſpiritualibus intelligendum ſit. Poſſit quidem dici, non niſi in locum aliquem corporalem hominem rapi potuiſſe cum corpore; ſed quia & hoc ita poſuit, ut neſcire ſe dixerit, utrum in corpore, an extra corpus raptus fuerit, quis audeat dicere, ſe ſcire, quod ſe neſcire Apoſtolus dixit? Veruntamen ſi neque ſpiritus ſine corpore ad loca corporalia rapi poteſt; nec corpus ad ſpiritualia, hæc ipſa dubitatio ejus velut cogit, intelligi, ſiquidem de ſe ipſo hæc eum ſcripſiſſe nemo ambigit, tale fuiſſe illud quo raptus eſt, quod utrum corporale an ſpirituale eſſet, dignoſci diſcernique non poſſet.* (20) Plura in hanc rem qui deſiderat, adeat ex Noſtratibus *Balduinum* (21) *H. Kippingium* (22) aliosque.

§ VI. Dicunt porro quidam ex Scholaſticis, Cœlum Beatorum paſſim in S. Scriptura vocari *Civitatem habentem fundamenta ſua, cujus Artifex & Conditor DEUS foret*, quod de nulla re alia, quam Cœlo empyreo intelligendum. Sed reſponſum habent, in Græco occurrere vocabulum τεχνίτης & δημιουργὸς, a Luthero redditum Bau-Meiſter und Schöpffer. Iam, uti Cœlum ſimpliciter loquendo non eſt Civitas, ſed tantum *figurate*; ita nec DEUS *proprie*, ſed *metaphorice* duntaxat Artifex vocatur, unde nihil magis concludere licet, quam quod DEUS Autor illius Cœli ſit, uti & ab ipſo paratum a jacto Mundi fundamento legitur. In eum ergo finem, quem intendunt adverſarii, conditum eſſe hoc Cœlum, nulla ratione hinc ſequitur; ſed contrarium potius ex eadem Epiſtola ad Ebræos cap. IX, 11. pateſcit.

CAPUT II.

Summarium.

Variæ Pontificiorum opiniones de Cœlo Empyreo recenſentur & refutantur: D. Petavii *mitior ſententia adducitur: Argumenta & rationes Reformatorum pro loco corporeo propoſitæ reſolvuntur:* Auguſtinus & B. Rungius *in patrocinium vocati, rite explanantur: Colligitur evidentibus teſtimoniis veritas.*

§ I.

(20) *Tom. III. de Gen. ad lit. I.* 12. (21) *Comment. in II. Corinth.* XII, 2. (22) *Inſtitut. Phyſic. cap. III. diſt.* 1. *ſeqq.*

§ I. Varias hactenus de exiſtentia Cœli Empyrei ſententias vidimus, & quam firmo nitantur fundamento, ſcrutati ſumus. Nunc *deſcriptionem ejus*, variis ex Autoribus in medium adducemus, quas mirificas plane eſſe ex ſequentibus pateſcet. Dicunt namque *DEUM præter globum terraqueum, aerem & ignem, orbitam Planetarum & regionem fixarum, Cælum etiam Empyreum creaſſe, ejusque naturam proſus diverſam cum ſidereo ſtatuunt. Ajunt porro, non eſſe totum fluidum, ſed habere TRES PARTES quaſi heterogeneas, quarum INFERIOR ſit ſolida, beatis corporibus pavimentum ac ſolum cui connaturaliter inſiſtant, præbens, atque hinc a Regio Vate TERRAM VIVENTIUM vocari, eo quod ibidem ſanctiſſimi DEI homines, velut in terra, accommodate ad ſtatum ſuum corporeum degant. ALTERAM & MEDIAM PARTEM, ſive profunditatem ipſam hujus Cæli dicunt eſſe liquidam & ſpirabilem, per ampliſſimum intro ſpatium diffuſam, inſtar aeris, quæ ſervit ad reſpirationem, & ad vocem, connaturali modo articulandam, & ad ſermones copulandos. SUPREMAM PARTEM perhibent iterum ſolidam, auram illam ſpirabilem intra ſe coercentem & velut tectum baſilicæ illius ſupremum. Præter has proprietates, firmitatem etiam quandam & ſoliditatem, ad ſuſtentandas aquas quæ ſupra Cælum ſunt, illi adſcribunt, & ejus quoque vi ſtellas fixas eandem inter ſe perpetuo ſervare diſtantiam contendunt.* Hanc ſententiam præcipue defendit P. Claudius Franciſcus Milliet DECHALES [1] Melchior Cornæus [2] & alii.

§ II. De ejus *influxu* in hæc inferiora *Johannes Baptiſta Morinus* [3] ex D. Thoma varia recenſet, quæ potiſſimum in eo conſiſtunt, quod *inferiora hæc corpora regantur a ſuperioribus; & ſicut Cælum Planetarum influit per motum, ita Empyreum per quietem. Porro, quod ſit corpus ſimpliciſſimum, adeoque præ omnibus maximæ virtutis. Denique, quod ſingulæ orbis terrarum partes ad Cælum hoc immobile referantur, eique diverſimode ſubjaceant, & quæ alia. De Objecto vero influxus hujus Cæli ajunt, eundem ad homines duntaxat directum eſſe, ut in iis appetitum quietis & beatitudinis excitet,*

[1] *in Mundo Mathematico Tomo II. tractatu XXVI, propoſ.* 1. [2] *in Curriculo Philoſophico lib. IV. diſput.* 2, *dubio* 5. [3] *Aſtrologiæ Gallicanæ lib. III, cap.* 7. *pag.* 102.

Digitized by Google

excitet, quo ſuſpirando oculos corporis & mentis quaſi magnetice tracti attollant, & ſurſum corda atque animi ſenſa convertant. *Sunt contra, qui nullam influentiam in hæc inferiora a tali cælo ſupernaturali potius, quam naturali admittant: niſi forte beatitudinis appetitum æternæque quietis, quam DEUS animabus noſtris deſtinavit.*

§ III. De *ſtatu*, *loco* & *qualitatibus* ejusdem ita porro diſputant Scholaſtici, ac ſi omnia ibidem oculis ſuis ſubjeciſſent. Fingunt quippe, Cœlum hoc aquas ambire Cœleſtes, & a ſplendore dici Empyreum. Sic referente *Johanne Brentio* [4] novem in eo eſſe monopolia fabulati ſunt, quorum ultimum plures contineat angulos, quam atomi in Sole volitent, octavum decuplo plures, ſeptimum viciſſim in decuplo plures, & ſic conſequenter. *Petrus Johannes Faber*, Doct. Medicinæ Monſpelienſis [5] Cœlum hoc ita definit, *quod ſit ultimum & ſupremum naturæ opus, ſolidum & compactum, immobile, conſtans ex luce creata, ſeu ex puriſſima materiæ primæ mundi parte conflatum, ad ſupremas & ultimas mundi hujus partes conſtitutum a ſupremo Opifice, ad ſeparationem mundi hujus corruptibilis cum mundo ſupernaturali, æterno, & incorruptibili, Beatorum ſede, & DEI proprio & peculiari domicilio.* Quibus gemella fere ſunt, quæ apud *Chaſſanæum* [6] leguntur.

§ IV. Defenſor ejus ſtrenuus ex Pontificiis *Bonaventura* [7] ita ſcribit: *In Empyreo CHRISTUS cæteros excellit tam Angelos, quam homines, & loco, & dignitate. Poſt ipſum credimus B. Virginem ſuper alios omnes. Deinde cæteri ordinantur ſecundum dignitatem ipſorum. Hujus autem imaginatio facile poteſt haberi, ſi quis imaginetur aves, & piſces in aqua: ſic in Empyreo intelligenda ſunt, collocari corpora: quia corpus illud multum habet de altitudine, ſicut & alii Cæli. Unde non debet quis imaginari, quod ibi ſint Beati, ſicut in ſolario: nec tamen intelligendum eſt, quod unus ſit directe ſuper caput alterius; ſed ſicut, ſi eſſet mons rotundus, & aliquis eſſet in culmine, & aliquis circumcirca: ſic poteſt aliquis ſibi imaginari, qui melius neſcit, diſpoſitionem Beatorum in Cælo Empyreo, & ipſius CHRISTI.*

Cum

[4] *Tom. VII. p.* 1031. [5] *in Panthymo Vol. I. cap. XIII.* [6] *Præfat. Catal. gloriæ Mundi, conſid. I.* [7] *lib. II, Sentent, diſtinct. 2. p.* 36.

Digitized by Google

Cum autem de his omnibus altum in Scripturâ S. ſit ſilentium, quis fidem anilibus fabulis adiunget? hinc & ipſe Angelicus Doctor *Thomas Aquinas* [8] ſine ullo ſacrarum literarum fundamento Cœlum hoc a Beda & Strabo inventum eſſe negare haut poteſt; cui etiam ſubtilis ille ſententiarum Magiſter *Petrus Lombardus* [9] aſſentitur.

§ V. Vana quoque ſunt, quæ *Bernhardinus*, annotante *Alphæo Valeſiano* [10] de *Exercitiis Beatorum* in hoc Cœlo ex cerebro ſuo definire non erubuit: tradit namque *choreas* & *ſaltationes* ibidem fore, & omnia, quibus capi mens læta modo poteſt, admittit. Conſentire cum eo videtur & *Barradius* [11] plurima adhuc iis oblectamenta addendo, quæ autem eo lubentius ſilentio tranſimus, quo magis puerilia ſapiunt figmenta.

§ VI. Neque etiam celeberrimi alias, ſed nimis creduli Viri *Athanaſii Kircheri* [12] acumen & ſtudium probare poſſumus, qui ſtatum Cœli hujus non aliter delineat, ac ſi in illud abreptus, bene diu ibidem commoratus fuiſſet: *Cœlum hoc*, inquit, *cum tantæ excellentiæ & ſupereminentiſſimæ dignitatis ſit, ut humanæ mentis vis & efficacia eam non dicam explicare, ſed ne quidem concipere, multo minus imaginatione apprehendere poſſit; non opus eſt illud variis rationum momentis exponere. Illud DEI domum, Cœlum cœli, thronum Excelſi, tabernaculum DEI cum hominibus, uti id Aquila Evangelica deſcribit, eſſe ſufficiat. Eſſe tamen partem Mundi conſtitutivam, nulli dubium eſſe debet; cum illud non ſit extra Mundum, ſed intra illum, veluti clauſtrum totius conſtitutivum. Unde ſequitur, illud vere & proprie corporeum eſſe, cum ſit corporis CHRISTI & beatæ Matris ejus, omniumque Beatorum locus, ad quem poſt pie & ſancte tranſactos vitæ dies transmigrantes recipimur: Eſt enim locus nihil aliud niſi ſuperficies corporis locati; locus autem dici minime poſſet, ſi, uti nonnulli perperam crediderunt, ſpiritualis ſubſtantiæ foret; nec Mundi corporei conſtitutiva pars eſſe poſſet. Empyreum vero dicitur, ſeu, quod idem eſt, igneum, quod luce ſumma, & ſupra omnia Mundi corpora fulgidiori*

[9] *Lib. II, diſtinct. 2. f. p.* 123. [10] *apud* Brentium *Tomo VIII. Oper. p.* 89. [11] *lib. X. Comment. in Concord. Evang. cap.* 3. [12] *in Itinere I. Extatico Dialog. II, cap.* 8. *pag.* 428 *ſeq.*

diori luceat, quæ tamen nec cæcitatem ſuis incolis, nec moleſtiam afferat ullam; quin potius ob inæſtimabilem pulchritudinem, lætitia inconceptibili, ſuavitate inenarrabili, Beatorum oculos afficiat. Credo tam ſuperſtitioſe Kircherum cœlum hoc non definiviſſe, ſi ea, quæ *Tridentinum Concilium* olim edicto ſanciverat, maturius in mentem ſibi revocaſſet. Sed mirandum non eſt, talia de non ente Virum confinxiſſe, cum ſumma etiam Chriſtianorum myſteria, *aquam* nempe *baptiſmalem*, & *vinum S. Euchariſtiæ*, ejusmodi ſomniis, homo ecſtaticus, per *Theodidactum* & *Coſmielem* ſuum, ingenii luſu conſpurcare & profanare nullus dubitaverit.

§ VII. Merito proinde ineptas & ſpurias ejusmodi deſcriptiones Cœli empyrei *conjecturas & humana commenta* vocat *domeſticus* Kircheri *teſtis*, Vir gravis & ingenuus Pontificius *P. Dionyſius Petavius, Aurelianenſis*; imo, ut literarum Græcanicarum callentiſſimus, fidus etiam cætera & eruditus tot SS. Patrum interpres, plane barbaram *Empyrei* vocem judicat; verba ejus hæc ſunt: *Ac quod ad cælum iſtud omnium ſupremum, neque ſub aſpectum cadens, attinet; minime id quidem inficiari licet, eſſe beatum quoddam ac cæleſte ſupra omnia domicilium, Angelis & ſanctis omnibus attributum. Sed cujusmodi ſit, nonniſi conjecturis & humanis commentis aſſeritur. Sanctus Thomas de hoc cælo non aliter conſtare dicit, quam ex Strabi & Bedæ autoritate: tum etiam Baſilii. Sed multo plures ejusdem meminere: nec tamen EMPYREUM nominant: quæ vox nihili eſt, ac barbara. Neque enim ὁ ἐμπύρεος dicitur, ut ſit igneus, ſed ἔμπυρος.* (13)

§ VIII. Miſſis itaque variis autorum opinionibus, vel potius figmentis, videamus jam diſſidentium rationes, quibus empyreum hoc ſuum, ſupra cœlos ſtellatos collocent, inque eo cum cœleſtibus Geniis, & beatorum Manibus, ipſum Servatorem viſibili ſpecie, tanquam in domus alicujus parte nunc habitare, & in renovata vita, loco nihil mutato, porro cum ſuis habitaturum, ſupponunt. De eo *Robertus Bellarminus* ita inquit: *Illud certum eſt, corpus Chriſti nunc eſſe viſibile & palpabile, & tantum ſpatii occupare,*

(13) *Tom. III. de Opificio ſex dierum lib. I cap. 2 § 8 pag. 125 edit. novæ Antverpienſ. de anno 1700.*

quanta eſt moles corporis, & eſſe in cælo iſto corporeo, ſive ſit intus, ut aliquis dicitur in domo, ſive ſupra ut aliquis dicitur in tecto. (14) Argumenta quibus hanc ſuam ſententiam adſtruere nititur, potiſſimum ex ſacrarum literarum autoritate deſumta ſunt; & palmare quidem ex Pſalmo 103, v. 19. *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Item, Eſaiæ 66, v. 1. *Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Ita Matth. 5. 34: *Nolite jurare per cælum, quia thronus DEI eſt.* Et cap. 6, v. 9: *Pater noſter qui es in cælis*; & infra, *fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra.* Putat ergo Bellarminus, ſicuti vox *terræ* in his aliisque Scripturæ locis *proprie* accipitur ipſique cœlo opponitur; ita *cælum proprie* accipi debere, atque ita per *antithesin*, cœlum beatorum corporeum eſſe, & opponi telluri, ut ſuperior locus inferiori. Sed reſpondemus: oppoſitionem illam, cum cœlum dicitur thronus, aut *ſedes DEI*, ratione *ſenſus* modo *hominum*, & reſpectu *admirandi operis* in quo præ cæteris majeſtas Creatoris elucet, ita dici; cum nihil in orbe terrarum, & tota rerum univerſitate occurrat, quam machina ætherea, quæ mentem & ſenſus noſtros ita in admirationem ſui rapiat, firmiterque teneat.

§ IX Non leve quoque præſidium ſententiæ ſuæ in hiſtoria aſcenſionis CHRISTI in cœlum ſe inveniſſe putat *Bellarminus*, cum dicatur Actor. 1, 9. *Videntibus illis elevatus eſt & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Porro Lucæ cap. 24, 51. *Et factum eſt ut benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælum*, Itemque Marci cap. 16, 19. *Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumtus eſt in cælum, & ſedet ad dextris DEI.* Ex his ergo Evangeliſtarum narrationibus concludit Bellarminus, Chriſtum in creatum & corporeum aliquod cœlum aſcendiſſe, & propter verum corporis motum, in aliqua parte illius manere. Verum rejicimus hanc ſententiam, tanquam minus congruentem: ſiquidem Servator receptus eſt in cœlum non ut ordinarius & conſtans ibidem incola, ſed ut alibi quoque præſto foret: effectus enim aſcenſionis eſt, præſentem eſſe omnibus creaturis, quas dextera DEI potenter ſuſtentat, ut habetur Pſalmo 139, 8. ſeqq. Sive

(14) *lib. III. de Incarnatione cap. XII. ad lit. D.*

Digitized by Google

Sive cœlum ſcandam, ibi tu es; ſive in orco cubem, tu ades. Sumam auroræ alas, habitem in ultimo mari: etiam illic tua me manus tenebit, tua dextera comprehendet. Adhæc, invictæ veritatis eſt, Chriſtum ſi in Cœlum hoc corporeum aſcendiſſet, diſcipulorum oculos recluſiſſe permiſiſſeque, ut viderent, qua ratione ipſe ſummum hoc cœlum ſcanderet, ſtellas & globos illos æthereos perrumperet, ut toti Mundo id ipſum liquido teſtari poſſent, quod minime tamen factum rerum eventus docuit. Porro, Servator dicitur *ſupra omnes cœlos aſcendiſſe*, Ephes. 4, 10. immo, ipſos etiam *cœlos penetraſſe*, Hebr. 4, 14. adeoque *excelſiorem cœlis factum*, Hebr. 7, 26. Qui ergo in Empyreo illo hærere poſſet? Quomodo concludi cœli hujus repagulis? Succurrit & alius *finis Aſcenſionis*, nimirum, *ut impleret omnia*, Epheſ. 4, 10. Patris Imperium occuparet, atque ita omnibus locis præſens eſſet.

§ X. Inſtat Bellarminus ex deſcenſu etiam Chriſti ad judicium, ſententiam ſuam probando: *certum enim eſt*, inquiens, *Servatorem ad judicium de eo cœlo deſcenſurum, ad quod aſcendit*, Actor. 1, 11. *Ita veniet*, teſtantur cœleſtes Genii, *ſicut vidiſtis eum euntem ad cœlum*, Matth. 24, 30: *Tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo*, 1. Teſſal. 1, 10. *In revelatione Domini Jeſu de cœlo.* Reſpondemus: ex *deſcenſu Servatoris* minime concludi poſſe, Chriſtum in cœlo, *ut in loco*, nunc contineri, & tandem *a gloria ſua*, quaſi æthercam ſedem relicturus, ad extremum judicium venturum; ſed adducta Scripturæ loca loquuntur de *glorioſa* Chriſti *apparitione*, quando pro tribunali ſedens, coram ipſo congregabuntur omnes, Matth. 26, 31: non *diſſimili dicendi genere*, ubi cum Abrahamo fœdus initurus, in gloria ſua de cœlo *deſcendiſſe* & *aſcendiſſe* legitur, Genes. 17, 1, 22. Diſtingvenda igitur *viſibilis* hæc Chriſti *manifeſtatio*, *a gratioſa* illa, qua bonitate ſua ubique ſe manifeſtat, & *omnia in omnibus* adimplet, Ephes. 1, 22.

§ XI. Sed fingamus Chriſtum in corporeum hoc cœlum aſcendiſſe, atque ad deſcenſum intra illud, in altiſſima quiete, ex mente Bellarmini, ſubſiſtere; jam lubet quærere, cum cœlum in perpetua agitatione ſit, & puncta duntaxat circa Polos Mundi, ſecundum Mathematicos, quieſcant & immobilia ſint, in alterutro

Digitized by Google

horum Chriſtus cum ſuis degat, Arctico an Antarctico? Superiori, an inferiori? Quid ſi in *Centro vorticis Carteſiani* alicujus corporis cœleſtis? cum & *infernum*, & proxime ei vicinum *purgatorium*, intra viſcera terræ, prope centrum ejus eſſe, idem Bellarminus ſtatuat. (15) Nec levis ſcrupulus, ſi in hoc corporeo cœlo Chriſtus cum ſuis eſſet, quo ſe recipient, quando cœli viſibiles & localiter extenſi, in conſummatione ſeculi abolebuntur? *Luc*, 21, 33. Sed tranſeant hæc levia, ne in re ſeria jocari videamur.

§ XII. In eandem ſententiam cum *Pontificiis* & ipſi *Reformati*, quanquam diverſimode, conſpirant, atque etiam in meletematibus philoſophicis hanc doctrinam pertractant. Non abs re proinde fuerit, eorum etiam opiniones examinare veritatemque indagare. Palmare argumentum inde petunt, quod in Geneſi extet DEUM primum omnium *cœlos condidiſſe*, & quidem *omnes*. Cum ergo ſedes beatorum re & nomine ſit cœlum, concludere hinc licet, in principio rerum, productum etiam fuiſſe, alias creationis hiſtoria foret imperfecta. *Reſpondemus:* ſermonem ibidem eſſe de *ſtellato* aliquo *cœlo*, intra naturæ corruptibilis complexum exiſtente, quod etiam ex contextu evidentiſſime patet. Cœlum autem beatorum, ſeu empyreum, nobilius cum ſit, & æternum durabit; imo *e cœlis deſcenderit, tabernaculum DEI*, Apoc. 21, 2, 3: atque abolitis creaturis demum ſuccedet: ſequitur hinc cœlis creatis, quorum Moſes meminit, adjungi minime poſſe. Accedit & illud inconveniens, quod cœli in principio rerum ex *materia aquoſa* producti perhibeantur; at cœlum empyreum, cum prorſus ex diſſimillima materia conſtet, cœlis quoque Moſaicis annumerari nequit. Ajunt porro, vel inde rebus creatis accenſendum hoc cœlum, quod *entis creati rationem* habeat; at ſi hæc ſententia obtinuerit, ſequetur & infernum inter opera creationis referendum, quod tamen ſacris literis, & venerabili antiquitati parum conſonum, vel ipſi adverſarii fatentur.

§ XIII. De *tempore* quoque, quando nimirum cœlum hoc ab æterno rerum Opifice ex nihilo conditum fuerit, acris non mi-

(15) *De Purgatorio lib. 2, cap. 6. Item de Chriſto lib. 4, cap. 9. ſeq.*

Digitized by Google

minus eſt controverſia. Alii namque *primo die*, una cum Angelis productum fuiſſe exiſtimant, & *ordine creationis*, a *liquido* diei ſecundi *cælo*, a divino Scriptore expreſſe diſtingvi: nec *dignitatis reſpectu* aliud cœlum quam empyreum intelligi poſſe, contendunt. Sed recte hic monent ſaniores Theologi, dignitatis rationem in propoſitione Moſis non ſemper obſervari: nam in capite ſecundo terra cœlo anteponitur. Vnde *Sebaſtianus Caſtellio*, lingvarum doctiſſimus, eruditus ſacrarum literarum interpres: *Vero conſentaneum eſt*, colligit, *terram tanquam fundamentum*, *cælo prius eſſe factam. Nec neceſſe eſt cælum, quia ſit præſtantius, propterea prius eſſe creatum: nam & beſtiæ & ſtirpes, quæ ſunt homine viliora, tamen ante hominem ſunt creata.* (16) Alii ſecundo die una cum *liquido* intra aquas *cælo*, creatum putant, cum & alia, quæ ſpeciale nomen participant, eodem die a Creatore evoluta fuiſſe legantur. *Marcus Frid. Wendelinus*, ex præconcepta opinione de Angelis primo die creatis, cœlum hoc quoque eodem die productum putat. (17) Quando Angeli creati ſint, definire non adeo eſt proclive, cum & Scripturæ teſtimonia deſint, & ſacri Scriptores mire inter ſe diſſentiant. Communis Theologorum eſt ſententia, DEVM primo die creaſſe *ſpatium*, cujus partem aliquotam Mundus hic occupat, *reſiduum* illud vero *extra Mundum*, quod mente & in idea quaſi nunc comprehenditur, eſſe pro *receptaculis* beatorum & damnatorum, & permaſurum tum quoque, cum totum hoc univerſum in nihilum interibit, quemadmodum ex nihilo primo omnium, hominis cauſa, productum fuerat. Licet autem *domicilium* beatorum primo die creatum dixerimus, non tamen inde ſequitur *ſpatium* hoc, ex mente *Scaligeri*, *vacuum*, aut *cavum* quoddam eſſe, corporibus plenum; aut *nihilum*, *non ens*, vel *infinitum quid*: aut ex ſententia *Stoicorum*, *locum* aliquem longitudinem, latitudinem & profunditatem habentem: cum illud non per locum corporeum, ſed *ſpatium imaginarium*, *reale* tamen, itemque per ſpiritualem gloriam, inque ævum duraturam lætitiam, ex beatiſſima DEI viſione, juſtitia & pace conſcientiæ ortam, in ſacris deſcribatur.

(16) *in Annotat. Biblior. ad Genes. cap.* 1, 6. (17) *Contemplat. Phyſicar, ſectione III, cap.* 9, *theſi* 6 § 1 *ſeqq.*

Digitized by Google

§ XIV. Urgent inſuper, ſi cœlum hoc rebus creatis non annumerandum, ipſum Creatorem fore. Sed quæ conſequentiæ ratio? DEVS ab æterno in cœlis fuit, num inde concludere licebit, ab æterno quoque creatum quendam extitiſſe locum in quo degeret? Simili ratione cum dicitur: *Dominum dominantium, & ſolum immortalitatem habentem, lumen habitare inacceſſum, quem hominum nullus neque vidit neque videre poteſt*, 1. Timoth. 6, 16. An inferre hinc licebit, DEVM & lumen illud, re & nomine diſſimillima eſſe? Qvo pacto autem ejusmodi loquendi formulæ intelligendæ, aut allegoriæ a rebus ſenſibus ſubiectis capiendæ, ſequentibus mox explicabimus.

§ XV. Adducunt plurima Scripturæ loca, quibus cœlum hoc operibus creationis accenſendum putant: *Sic dicit Jova; cœlum meum ſolium eſt, & terra meorum pedum ſcabellum: ubinam domus eſt quam vos mihi conſtruetis? aut ubi meæ requietis locus? quumque hæc omnia fecerit mea manus, quum hæc omnia extiterint*, Eſaiæ 66, 1. ſeq. Ad quæ verba *Wendelinus: En*, exclamat, *tibi DEI ſolium cœlum! En conditorem & creatorem DEI manum: At*, *inquis*, *de naturali cœlo loquitur: Reſpondeo: de cœlo loquitur, quod eſt DEI ſolium: id ne vero ſolum eſt naturale? nonne ſingulari prærogativa Empyreum & ſupernaturale? quod & alii ejus tituli confirmant*. Nos ad hæc pauca reponimus, & divini Vatis effata, non de *locali ſitu*, aut creato aliquo cœlo, ſed de *COELO DEI* intelligenda eſſe: ſiquidem expreſſe illud ſolio, tellurem vero ſcabello ejus aſſignet, eoque ipſo palam faciat, DEVM nullo loco contineri, ſed ſumma cum poteſtate, omnia ubique gubernare.

§ XVI. Sic ad locum Hebr. 11, 10: *Expectabat enim Abraham fundamenta habentem urbem, cujus artifex opifexque DEVS eſt*. Ad quæ iterum *Wendelinus: Qui civitatis hujus nomine*, inquit, *intelligunt beatitudinem, omni ſcriptura deſtituuntur: diſtinguit enim ſcriptura locum beatitudinis, ab ipſa beatitudine: unde & ad Philippenſes* 3, 20. *Politeuma noſtrum in cœlo ſervari dicitur, non ipſum eſſe cœlum*. Repono: nos minime inficias ire eſſe *locum* aliquem *certum*, & civitatem, in quam beati recipiuntur: ſed negamus dari eundem in hac rerum univerſitate, tanquam partem ejus inte-

integrantem, ac quaſi conſimilem. Vocatur vero civitas itemque cœleſtis domus non proprio, ſed allegorico, ſeu metaphorico ſenſu: ut obviis ejusmodi exemplis, quaſi in idea moneamur, futuram aliquando in cœleſti Hieroſolyma Angelorum & ſanctiſſimorum DEI hominum congregationem, quemadmodum videmus in terrena civitate, ſub auſpicio Principis, aut certa Reipub. forma, ad normam legum, plurimas familias in unam coire ſocietatem & commodiſſime habitare. *Confer quæ diximus c.* 1. § *6.*

§ XVII. Dictum hactenus cœlum empyreum *operibus creationis* non adiungendum; videamus jam quibus rationibus aſſertores ejus *CORPUS* quoddam eſſe probare nitantur. *Wendelinus* tale argumentum producit: *Cui Scriptura tribuit nomina, affectiones, & effecta ſubſtantiæ corporeæ: id ſubſtantiis corporeis merito accenſetur. Atqui cælo ſummo, ſeu empyreo, Scriptura tribuit nomina, affectiones, & effecta ſubſtantiæ corporeæ. Ergo ſubſtantiis corporeis merito accenſetur.* (18) Aſſumtionem per ſingula membra firmare contendit, quod cœlo huic *Nomina* in ſacris tributa ſint & vocetur: *tertium cælum, cælum cælorum, Paradiſus, thronus DEI, ſedes Angelorum & hominum, ſinus Abrahæ, cæleſtis Hieroſolyma, vera patria*, &c. Porro, quod habeat *Affectiones* ſuas & dicatur *aperiri Actor.* 7, 56. *Luc.* 3, 21: quod ſit *luminoſum* itemque *maximæ quantitatis:* quod in eo ſint *manſiones multæ*, &c. Denique de *Effectis*, quod *recipiat, locet* ac *contineat* ſanctorum corpora, *Actor.* 3, 21. Quibus tandem ſubiungit: *Qui tam nomina, quam affectiones, & effectus cæli hujus metaphorice vel allegorice interpretantur, gloſſæ ſuæ aliam rationem non habent, niſi præconceptas & monſtroſas de cælo opiniones, odiumque adverſus Reformatos, quod parum ſapit theologicum aut Chriſtianum.* Huic conſentaneum fere eſt *Franciſci Burmanni*, qui omnes *ſubſtantiam* & *corporeum ſpatium* in glorificatis tollentes, *Aphiloſophos & abſurdos* vocat (19) Reſp. Confundi hic *propriam* & *figuratam* Scripturæ dictionem de cœlo empyreo, vere ſic dicto, quod cum nihil aliud ſit, quam *glorioſa* beatorum *conditio*, *intuitus DEI* & *perpetuus juſtitiæ actus*, neque corpus, neque creatura erit.

§ XIIX.

(18) *Contempl. Phyſic. Sect. III. cap.* 9 *theſ.* 4.
(19) *in Synopſ. Theol. lib. VIII, cap.* 24. §. 7.

Digitized by Google

§ XIV. Urgent inſuper, ſi cœlum hoc rebus creatis non annumerandum, ipſum Creatorem fore. Sed quæ conſequentiæ ratio? DEVS ab æterno in cœlis fuit, num inde concludere licebit, ab æterno quoque creatum quendam extitiſſe locum in quo degeret? Simili ratione cum dicitur: *Dominum dominantium, & ſolum immortalitatem habentem, lumen habitare inacceſſum, quem hominum nullus neque vidit neque videre poteſt*, 1. Timoth. 6, 16. An inferre hinc licebit, DEVM & lumen illud, re & nomine diſſimillima eſſe? Quo pacto autem ejusmodi loquendi formulæ intelligendæ, aut allegoriæ a rebus ſenſibus ſubiectis capiendæ, ſequentibus mox explicabimus.

§ XV. Adducunt plurima Scripturæ loca, quibus cœlum hoc operibus creationis accenſendum putant: *Sic dicit Jova, cœlum meum ſolium eſt, & terra meorum pedum ſcabellum: ubinam domus eſt quam vos mihi conſtruetis? aut ubi meæ requietis locus? quumque hæc omnia fecerit mea manus, quum hæc omnia extiterint*, Eſaiæ 66, 1. ſeq. Ad quæ verba *Wendelinus: En*, exclamat, *tibi DEI ſolium cœlum! En conditorem & creatorem DEI manum: At, inquis, de naturali cœlo loquitur: Reſpondeo: de cœlo loquitur, quod eſt DEI ſolium; id ne vero ſolum eſt naturale? nonne ſingulari prærogativa Empyreum & ſupernaturale? quod & alii ejus tituli confirmant.* Nos ad hæc pauca reponimus, & divini Vatis effata, non de *locali ſitu*, aut creato aliquo cœlo, ſed de *COELO DEI* intelligenda eſſe: ſiquidem expreſſe illud ſolio, tellurem vero ſcabello ejus aſſignet, eoque ipſo palam faciat, DEVM nullo loco contineri, ſed ſumma cum poteſtate, omnia ubique gubernare.

§ XVI. Sic ad locum Hebr. 11, 10: *Expectabat enim Abraham fundamenta habentem urbem, cujus artifex opifexque DEVS eſt.* Ad quæ iterum *Wendelinus: Qui civitatis hujus nomine*, inquit, *intelligunt beatitudinem, omni ſcriptura deſtituuntur: diſtinguit enim ſcriptura locum beatitudinis, ab ipſa beatitudine: unde & ad Philippenſes* 3, 20. *Politeuma noſtrum in cœlo ſervari dicitur, non ipſum eſſe cœlum.* Repono: nos minime inficias ire eſſe *locum* aliquem *certum*, & civitatem, in quam beati recipiuntur: ſed negamus dari eundem in hac rerum univerſitate, tanquam partem ejus inte-

integrantem, ac quaſi conſimilem. Vocatur vero civitas itemque cœleſtis domus non proprio, ſed allegorico, ſeu metaphorico ſenſu: ut obviis ejusmodi exemplis, quaſi in idea moneamur, futuram aliquando in cœleſti Hieroſolyma Angelorum & ſanctisſimorum DEI hominum congregationem, quemadmodum videmus in terrena civitate, ſub auſpicio Principis, aut certa Reipub. forma, ad normam legum, plurimas familias in unam coire ſocietatem & commodiſſime habitare. *Confer quæ diximus c.* 1. § 6.

§ XVII. Dictum hactenus cœlum empyreum *operibus creationis* non adiungendum; videamus jam quibus rationibus aſſertores ejus *CORPUS* quoddam eſſe probare nitantur. *Wendelinus* tale argumentum producit: *Cui Scriptura tribuit nomina, affectiones, & effecta ſubſtantiæ corporeæ: id ſubſtantiis corporeis merito accenſetur. Atqui cœlo ſummo, ſeu empyreo, Scriptura tribuit nomina, affectiones, & effecta ſubſtantiæ corporeæ. Ergo ſubſtantiis corporeis merito accenſetur.* (18) Aſſumtionem per ſingula membra firmare contendit, quod cœlo huic *Nomina* in ſacris tributa ſint & vocetur: *tertium cœlum, cœlum cœlorum, Paradiſus, thronus DEI, ſedes Angelorum & hominum, ſinus Abrahæ, cœleſtis Hieroſolyma, vera patria,* &c. Porro, quod habeat *Affectiones* ſuas & dicatur *aperiri Actor.* 7, 56. *Luc.* 3, 21: quod ſit *luminoſum* itemque *maximæ quantitatis:* quod in eo ſint *manſiones multæ*, &c. Denique de *Effectis*, quod *recipiat, locet* ac *contineat* ſanctorum corpora, *Actor.* 3, 21. Quibus tandem ſubiungit: *Qui tam nomina, quam affectiones, & effectus cœli hujus metaphorice vel allegorice interpretantur, gloſſæ ſuæ aliam rationem non habent, niſi præconceptas & monſtroſas de cœlo opiniones, odiumque adverſus Reformatos, quod parum ſapit theologicum aut Chriſtianum.* Huic conſentaneum fere eſt *Franciſci Burmanni*, qui omnes *ſubſtantiam* & *corporeum ſpatium* in glorificatis tollentes, *Aphiloſophos & abſurdos* vocat (19) Reſp. Confundi hic *propriam* & *figuratam* Scripturæ dictionem de cœlo empyreo, vere ſic dicto, quod cum nihil aliud ſit, quam *glorioſa* beatorum *conditio, intuitus DEI & perpetuus juſtitiæ actus*, neque corpus, neque creatura erit.

§ XIIX.

(18) *Contempl. Phyſic. Sect. III. cap.* 9 *theſi* 4.
(19) *in Synopſi Theol. lib. VIII, cap.* 24. § 7.

Digitized by Google

§ XIIX. De *LOCO* & *ubinam* hoc cœlum ſit, non minor eſt controverſia. *Surſum* eſſe, hoc eſt *ſupra cœlum naturale*, cum Photinianis & alii contendunt, idque vi etymologiæ vocis *ſupra, ſuperne*, &c. Sic dicitur: *Jova & ſupra in cœlo, & infra in terris DEUS eſt*, Joſuæ 2, 11. *Ecce Jova ex ſuo proditurus eſt loco*, Eſ. 26, 22. *Abibo, redibo in meum locum*, Oſeæ 6, 1. *Quæ ſurſum ſunt quærite*, quod Caſtellio reddit; *ſuperis ſtudete, ubi Chriſtus eſt, DEO dexter aſſidens*, Colos. 3, 1. Refellitur hoc, cum voculæ *ſurſum, ſupra, extra*, &c. non ſemper *localem* denotent *differentiam*, ſeu *poſitivum* aliquem *locum*, teſte *Ariſtotele* in *libris de cœlo*: hinc quoties locum negat, voces *ibi, illic*, & conſimiles adhibet; quæ locum quidem *privative*, ſed non *poſitive* denotant, & quod *non intra*, ſeu *non infra*, ubi ubi rerum exiſtat. Præterea, cum & aliæ ejusmodi voces, quæ perinde *differentiam* & *terminum* localem denotant, de DEO uſurpentur, ut: *aſcendo AD Patrem: eſſe IN ſinu Patris: IN manu DEI*, &c. Quis jam, obſecro, DEUM *abſolute* dicet eſſe *locum, ſinum, manum?* quanquam alias in *reſpectu beatæ viſionis ejus*, ſinus, aut manus DEI, ab ipſo DEO non differant. Recte proinde ejusmodi vocabula *ſurſum, ſupra, in excelſis*, de *ſtatu eminentiori*, non vero *ſublimitate loci*, veteres expoſuere; in quam ſententiam facundi oris Scriptor *Chryſoſtomus* de CHRISTO dextro: *In dextra*, inquit, *majeſtatis in excelſis quid eſt? num DEUM loco includit? abſit; ſed ſicut cum dixit, in dextra, non figuram humanam corporis DEO tribuit, ſed ſimilitudinem monſtravit honoris, quem Filius æqualem habet cum Patre: Ita cum dicit in excelſis, non eum loco includit, ſed oſtendit omnibus altiorem, & omnibus eminentiorem eſſe*, (20) Concedimus quidem cœlum empyreum, ſeu beatorum in certo loco, ſeu ſpatio exiſtere, etiam *reſpectu globi terraquei* propabile ratione *ſurſum eſſe*; huc quippe collimare quædam Scripturæ teſtimonia, & ipſiusmet Servatoris Aſcenſio videtur; ſed ubinam illud præciſe, & quæ illius cœli conditio aut figura, id nobis prorſus incognitum, neque tamen *ubique* eſſe ſtatuimus. Affingit igitur nobis alienam mentem Wendelinus, nec recte cogitat, dum alios recte cogitare negat: *Invenias*, ſcri-

(20) *Tomo IV, Homilia 2, in cap. I. Epiſt. ad Ebr.*

ſcribens, *abſurdos quosdam doctores, qui cœlum hoc empyreum ubique eſſe dictitant & clamitant.* Sed quis noſtrum hoc docuit? Producat loca, niſi crimen falſi commiſiſſe argui velit? Dum ergo cœlum hoc ſuum non *ubique*, ſed *ſurſum* eſſe probare nititur Wendelinus, hunc in modum argumentatur: *Quod ſurſum eſſe, & quidem ſupra cœlos naturales, Scriptura partim expreſſe, partim ex conſequenti aſſerit, id ſurſum eſſe nobis credendum eſt. Atqui cœlum beatorum ſurſum eſſe, partim expreſſe, partim ex conſequenti Scriptura aſſerit,* &c. Aſſumtionem probat, adducendo ea Scripturæ loca, quæ cœlum hoc *ſurſum* eſſe aſſerere videntur, ut ſunt Ioſuæ 2, 11. & ſequentia paulo ante memorata: tum etiam hiſtoriam Aſcenſionis Chriſti, ubi dicitur quod *ſurſum receptus ſit*, *Actor.* 1, 10. *& ſuperna quærenda ſint, ubi Chriſtus eſt*, Coloſſ. 3, 1. & ſimilia Epheſ 4, 10. Præterea adducit Wendelinus & alii, loca quædam ex Theologis Noſtratibus nimirum Chemnitio, Rungio, Menzero, imo ipſo S. Auguſtino, ſententiam ſuam de cœlo hoc empyreo ejusque ſitu confirmantia quaſi & aſſerentia, quibus tandem ſubiungit: *Mirari hinc ſubit Johannis Behmii, Boruſſi & aliorum quorundam cruditatem & contradicendi libidinem, qui ad lucem meridianam cæcutire malunt, quam veritatis radium admittere, & errorem agnoſcere.* Imo, nos magis miramur Wendelinum in alia prorſus ſignificatione Scriptorum loca, quin & contrariam ſæpe partem adducere: præterea data opera, ut lectorem hæſitantem reddat ceſpitantemque, confundere ſemper *cœlum empyreum* cum *cœlo DEI ipſius*: nam de hoc non de illo loquuntur adducta Scripturæ loca. Certum eſt, vere & non fucate *ſurſum* receptum eſſe Servatorem; ſed in quodnam cœlum, Empyreum? nego; ſed cœlum DEI, quod quidem *ſurſum*; ſed tamen & *ubique* eſt: eſt enim DEO coextenſum inque eo immanenter extitit, etiam ante, quam univerſum hoc conditum eſſet, ac conditis rebus, omnibus adeſt, in cœlo, qua patet orbis, ipſoque adeo Orco, ſeu damnatorum receptaculo. Quod ſuperne etiam, monente Apoſtolo, quærendus ſit Servator, hoc non de *ſitu locali*, ſed *eminentia ſtatus* intelligendum eſſe, jam ſupra dictum fuit. Quamvis autem affirmaverim, ipſum Orcum ejusque incolas ſub

cœlo DEI comprehendi, hoc nemini abſurdum videri debet, memoria namque proditum eſt, *cum Jova aliquando omni cœleſti exercitu* dextra *lævaque ſtipatus in ſolio ſederet, atque ita diceret: ecquis mihi in errorem inducet Achabum? Cumque alius aliud diceret, proceſſit quidam ſpiritus mendax, qui ſtans ante eum, ubi mandatum acceperat, ſe hoc facturum recepit*, 1 Reg. 22, 20. ſeqq. Simile quid occurrit in hiſtoria Jobi, *cum enim quodam die conveniſſent divi, & apud Jovam aſtarent, quum quidam etiam Satan qui inter eos venerat, apud Jovam ſtaret, & ad interrogata reſponderet.* Regerunt quidem, *adductas narrationes ſpecies duntaxat & viſiones eſſe, unde nihil certi inferri poſſit: fictam præterea in rem diſſertationem, quod DEUS cum Diabolo colloquatur.* Sed reponimus, ſpecies & viſiones licet ſint, inſtruere nos tamen poſſunt, ut viſibili ejusmodi apparatu & circumſtantiis, inviſibilia Creatoris geſta commodius intellectui noſtro repræſentare valeamus. Nec obſtat, *quod omnes qui in cœlo ſunt, cœleſti etiam gaudio perfruantur, quod tamen de Dæmonibus minime affirmare poſſumus.* Reſp. Si hæc omnia de cœlo DEI *ſtricte* & *accurate* intelligenda ſunt, cœli gaudia Diabolum capeſſere nemo dixerit; at ſi in *latiori ſenſu* evolvere placuerit, quo nimirum DEVS glorioſus omnibus creaturis apparet, easque moderatur & gubernat, quomodo ab hoc imperio Diabolus eximi poſſit, nullus video. Inſtant porro: *ſi ſub cœlo DEI comprehendantur etiam ipſi Dæmones, quibus deſtinatus eſt Orcus, ſequitur Orcum eſſe cœlum.* Sed conſequentia prorſus nulla: eſt enim fallacia & elenchus *æquivocationis*, ſeu *amphibologiæ*: nec enim ubicunque DEVS eſt, illic etiam præſentiam gratioſam, perennis gaudii fontem recludit: nec quando majeſtati ejus omnipotentia, & eminens in cœleſtia pariter ac inferna dominium tribuitur, cœlum & infernus eam ob cauſam commutabuntur. Inquiunt etiam a nobis diſſentientes: *nihil cauſæ eſſe, cur in cœleſte domicilium cooptari deberent Dæmones.* At lubet quærere, cujus ergo veteres Romani lictores, quæſtionarios & practores in curiam aulasque admiſerint? Annon poteſtatem & mandata ut acciperent caſtigandi errantes, aut puniendi improbos? Ita & Satanas, impetrata venia, in errorem induxit *Achabum*, 1 Reg. 22, 20.

variis

Digitized by Google

variis tormentis affecit *Jobum*, Iobi 1, 6. Porro, ut divinæ gratiæ influxum pro virili impediat. Inde Apoſtolus: *Induite*, inquit, *divinam armaturam, ut poſſitis aggreſſiones ſuſtinere Diaboli: nec enim nobis lucta eſt adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus principatus, adverſus mundipotentes tenebrarum hujus ſeculi, adverſus Spiritus malitiæ QUI SUNT IN REBUS COELESTIBUS*, Epheſ. 6, 11. ſeq. ex redditione Seb. Caſtellionis. Theod. Beza vertit: *QUI SUNT IN SUBLUNARI* intelligitque *regiones aereas*, in quibus collocati ſunt deſertores & adverſarii Spiritus, ut ſit unus idemque ſenſus cum eo, quem ſupra innuit idem Apoſtolus, ubi Diabolus *Princeps aeris* vocatur. Perperam ſane: *nam quod aereæ regiones ἐπουράνιαι dicantur, nondum probarunt eruditi*, recte monet *Daniel Heinſius*. (21) Conſentiunt ex parte *Interpretes Bibliorum* Hollandiæ Statuum: (22) ut *cœleſtium locorum nomine*, divinæ gratiæ potuis regimen, quod mortales inter quaquaverſum DEVS exercet, quam aliud quidpiam ſignificare Apoſtolus voluerit. Inſtant denique adverſarii, ut Diabolos ex hoc cœlo DEI excludant, ſiquidem *DEUS eos in tartarearum tenebrarum catenas præcipitatos conjecit, ad judicium cuſtodiendos*, 2 Pet. 2, 4. Sed facile dijudicari poteſt objectio: nam ultro concedimus ex cœleſti aliquo loco & *beatorum ſede* præcipites actos eſſe Dæmones in Orcum, ut cruciarentur; undenam vero demonſtrabunt, *ſub cœlo DEI* non amplius eos degere; nec exiſtere ſub auſpicio Conſervatoris naturæ? Hoc ſi probaverint, nullus in Mundo erit Dæmon.

§ XIX. Tandem, ut cœlum hoc ſuum *ſurſum* eſſe adverſarii probent, *ritum quoque precantium* veteris Eccleſiæ adducunt, ubi orantes oculos manusque *ſurſum* attollere jubentur: *Volo igitur, ut ſup-*

(21) *in Exercit. ad Novum Teſtament. lib. X. capite 5, pag. 472.*

(22) *Ephes. cap. 6, 12.* Oder in der Luft; Griechiſch in den Himliſchen / oder überhimliſchen Oertern: diß Wort wird hier in einem andern Verſtand gebraucht / als an andern Orten dieſer Epiſtel / weil die Luft auch vielmal Himmel geheißen wird / Lev. 26 / 19. Matth. 6 / 26. So hat der Apoſtel auch hier Cap. 2 / 2. den Satan ausdrücklich den Oberſten der Macht des Finſterniß geheißen: denn daß der Satan keinen Platz noch Macht mehr im rechten Himmel habe / erſcheinet aus 2 Pet. 2 / 4. Apoc. 12 / 8. ꝛc.

ſupplicent homines quovis in loco, attollentes pias manus citra iram pravamque cogitationem, 1 Timoth. 2, 8. *Hæc effatus Jeſus, ſublatis in cœlum oculis dixit.* &c. Reſpondemus cum S. Auguſtino: *Cum ad orationem ſtamus*, dicente, *convertimur ad orientem, unde cœlum ſurgit, non tanquam ibi ſit DEUS, & quaſi cæteras Mundi partes deſeruerit, qui ubique præſens eſt, non locorum ſpatiis, ſed majeſtate potentiæ; verum ut admoneatur animus, ad naturam excellentiorem ſe convertere, id eſt, ad DOMINUM, cum ipſum corpus ejus, quod eſt terrenum, ad corpus excellentius, hoc eſt ad corpus cœleſte convertitur.* (24) Ex raptu S. Pauli in *tertium cœlum*, ratione ſitus Orbis terrarum *ſurſum* hoc cœlum eſſe nonnulli colligunt, 2. Corinth. 12, 2. Verum per tertium hoc cœlum non intelligitur cœlum locali ſitu diſtinctum, expanſo illi aereo, ſeu ſidereo incumbens, ſed *myſticum* quoddam, aut *locus* aliquis *tertius* extra Mundum, infernum & cœlum, in quo anima etiam adoleſcentis, quem Chriſtus ad Naim oppidum in vitam revocavit, aſſerente *Ioh. Conr. Dannhauero*,(23 fuiſſe creditur. Ex dictis igitur hactenus apparet, cœlum hoc neque *operibus creationis* accenſendum, neque inter *cæleſtia corpora* eſſe numerandum, neque *primo* creationis *die* fuiſſe productum; ſed meras eſſe phantaſias, aut conjecturas, quas Pontificii & eorum ſocii eo nomine in medium adduxere,

§ XX.

(23) im Evangeliſchen Denckmal am 16 Sontag nach Trinit. Dem Leib nach war dieſer Jüngling in den Sarg gelegt und hinaus getragen/ der Seelen nach war er in Gottes Hand. Wo aber? davon fraget Frau Uberwitz! und ihre Schweſter Fürwitz; ſonderlich im Pabſtthum vermeinet man einen Behelf dem Wahn zum Fegfeuer zugewinnen: denn ſprechen ſie/ die Seele dieſes Jünglings iſt nicht in der Höllen geweſt/ woraus kein Wiederkehr zuhoffen/ auch nicht im Himmel/ denn da komt nichts unreines hinein/ Apoc. 22. Nun hat dieſer Jüngling die Unreinigkeit und Sünd behalten/ in anſehen daß er hernach noch einmal ſterben müßen und der Sünden Sold abſtatten. *Eſto!* geſetzt nun es ſey zwiſchen Himmel und Höll ein dritter Ort nach dieſem Leben: Iſt darum derſelbe dritte Ort das Fegfeuer? daß heiſt man in Schulen Sophiſtiſch *a genere ad ſpeciem affirmative* ſchlieſſen. Wie wenn die Seele in demjenigen Himmel geweſen/ in welchem S. Paulus verzückt worden/ und doch noch mit Sünden angeſteckt blieben/ wie der Apoſtel von ſich ſelbſt bekennet? Röm. 7.

(24) *Tomo IV. Oper. de ſermone Domini in monte lib. 2.*

§ XX Quæ de *FINE* cœli empyrei a variis in medium adducuntur, præterire tuto poteramus; quia tamen & hic ſententiæ orrhodoxæ opponitur, pauca de eo proferemus. Primarium reſpectu Creatoris eſſe contendunt, *ut ſit palatium auguſtiſſimum & eminentiſſimum immenſi & æterni illius Imperatoris DEI, in quo ſacroſanctæ majeſtatis radios pleniſſime diffundit, ſeque electis ſuis creaturis, velut Rex aliquis mundanus, affatim fruendum exhibet*, quæ tamen ex vano eſſe, & nullo fundamento niti, ſupra jam demonſtravimus. Interim tamen, ſi de cœlo hoc beatorum *ejusque fine* certi quidpiam modeſte definiendum, Orthodoxorum quorundam probabilis eſt ſententia *eſſe illud certum quoddam habitaculum, locum & VBI quoddam creatum, vel rectius paratum* (quatenus & ignis ſempiternus in Acheronte, ſeu Orco, Vejovi ejusque Geniis paratus dicitur) *ut poſt corporum analyſin, in DEI gremio quaſi requieſcant, & beata ejus viſione perpetuo fruantur.* Innuunt hoc ipſum evidentiſſima Scripturæ loca Eſaiæ 30, 33. Matth. 25, 41. Lucæ 16, 22. *Ubinam* autem & *quale* illud ſit, pronunciandum a nobis N. L. *Reſpectu noſtri* veriſimile admodum *ſurſum* eſſe, eo enim & plurima Scripturæ loca & ipſius Servatoris aſcenſus collimat. Quod ad reliqua ſpectat, judicium cordato Lectori permittimus, & ſuo quemvis ſenſu abundare patimur. Hæc pauca pro noſtra infirmitate adduxiſſe ſufficiat, plura videantur in Theologorum ſcriptis. (25) Cum igitur tam tenuis de hoc cœlo noſtra ſit notitia, magna voce ſuſpiramus: *PATER cæleſtis, vere PATER! Tu in cælis digna te habitatore domo degis, ita tamen, ubicunque ſis, ibi cælum ſit; cum neſciamus quid ſit beatorum cælum, fac modo, ne ignorantia noſtra domicilium cæleſte in terreſtre commutemus; nec ſcrupuloſe indagemus, quæ ignoraſſe ſatius fuerit. Conditor ſiderum, quoties opera tua cogitamus, mens hebeſcit, lingua tardeſcit, oculi caligant; ſed quod obſcurius hic cognoſcimus, in cæleſtem translati Academiam ſciemus liquidius.* TIBI HONOR ET IMPERIUM IN SECULA!

(25) B. Meiſneri *Philoſ. Sobria Sect.* 3. *cap.* 4. *quæſt.* 4. *memb.* 2. *artic.* 1. *ſeqq.* Aug. Varenii *Breviario Theol. Artic.* 13 § 43 *ſeqq.* Joh. Henr. Nothwanger *Diſſert. de glor. animar. in cœlo viſione* § 38 *ſeqq.* Conſ. & Schilii *Biblioth. in voce Cælum.*

Digitized by Google

EIn auffgeweckter Geiſt/ der von der Wiegen an
Mit ſondrer Luſt gewehlt der Weißheit güldne Fahn/
Fragt nicht nach Tocken-Werck/ und leeren Kinderſpielen/
Sein unermüdter Fleiß muß auff was höhers zielen.
Die Nadel küßet ja den kräfftigſten Magnet/
Des Adlers ſchneller Flug nur nach der Sonnen ſteht:
So wiltu Wehrter Freund! auch Himmel an dich klimmen/
Da/ wo die Seeligen das dreymahl Heilig ſtimmen.
Ich wünſche Glück dazu! fahr fort in dieſem Lauff/
Dein Zweck und Datum ſey gerichtet Himmel-auff.
So wird dein großer Fleiß und Himmel hohes Sinnen/
Ein wollverdientes Lob hier in der Zeit gewinnen.

Dieſes wenige ſetzte ſeinem wehrten Freund
zu Ehren auf
Henrich Boldt/ v. Dantzig/ Opp.

An den Hn. Reſpondenten.

WEr dieſes Tocken-Werck der ſtoltzen Welt beliebet/
Und mit dem Irrdiſchen ergetzet ſeinen Sinn/
Der wird in beſter Luſt am höchſten offt betrübet;
Weil alle Eytelkeit fleucht wie ein Schatten hin.
Drumb ſchwing'ſtu wehrter Freund! durch dieſes Rund der Erden
Dich zu den Wolcken hin/ und klimmeſt Himmel an/
So muß gewiß dein Ruhm dadurch vermehret werden/
Weil Himmel ſüßes Wol dich jetzt vergnügen kan.

Johan Adam Kulmus/ Opp.
von Breßlau.

WEñ Geiſt/ Witz/ und Vernunfft bloß nach dem Him̃el ſtrebt/
Und unſer Wollen dem allein zu dienſten lebt/
So muß dies Leben uns ein Himmel auff der Erden/
Und als ein Vorſchmack ſchon von jenen Himmel werden.

Solche Gedancken entwarff dem Hn. Reſpondenten/ als ſeinen lieb-wehrſten Freunde mit auffrichtigem Glückwunſch
Gottfried Penski/ von Oſterode/ Opp.

Digitized by Google